

Serenissime et Potentissime Rex, fidei
 Defensor acerrime et constantissime, Domine
 clementissime, R. Va. Mti. obsequia nostra
 promptissima, studia ac officia paratissima
 humiliter et submissè offerentes non dubita-
 mus, R. Va. Mtem. Clementissime ad huc illa-
 rum recordari literarum, quas pro obtinenda
 æquissima moderacione seu totali gratio-
 sissima abolitione illorum onerum, quibus præ-
 ter solitum sætenuis et consuetum morem nostri
 in R. Va. Matis: regno Scotia subjectam in-
 sulam Hiðlandiam quotannis navigantes, Cives
 tam natiua, quam mercatores premiuntur, ante
 anni ferè spatium R. Va. Mti. inscriptimus,
 quasq; eidem rectè traditas esse, ex transmissa
 nobis, et adjuncta tunc temporis emanati
 regis rescripti copia cognovimus, Quia vero
 certum ad nostras literas illis insertas æquis-
 simas peticiones à R. Va. Mte. responsum
 non sum obtinuimus, minus de oneribus illis
 remissionem quæ nostris, imò illa ipsa potius

ad aucta esse, et indies magis magisque ad
augeri percepimus, summoque necessarium
iudicavimus, memoratarum literarum ^{nostrarum} Copi-
am his includere, et L. Vam. Ntem. Senio
repetitis precibus quam sumillime obtestari,
ut pro singulari sua regia clementia si-
onetur, non modo prioribus consignata li-
teris onera, sed et ipsa postea addita gra-
vamina, si non profecto tollere, et nostros ab
ipsis liberare, saltem ex aequo et bono eadem
ita moderari, ut antiqua imperiorum im-
munitate nostris uti fieri liceat et com-
merciorum usus sublatis gravaminibus in
pristinum libertatis statum restitatur.
Cui ius fidesque nostra petitioni si L. Va.
Majtas. ut illam freti equitate causa fa-
cturam certo confidemus, annuerit, sum-
mi obtenti beneficii memoriam nunquam ex
animo nos desposituros spondemus, et ad
omnia quaecumque a nobis proficisci poterunt

quāvis exigua studia, officia et servitia
 vicissim non tantum nos obligamus, sed
 et obligatione illa, quāvis oblata oc-
 casione, liberare seculo laborabimus,
 clementissimum desuper regium responsum
 petentes et expectantes, simul R. Va. Mti.
 à Deo ter opt: Max: futuram pacifi-
 cam et felicissimam florentissimorum re-
 gnorum Administrationem precantes. Data
 sub seactioni Civitatis nostra sigillo, 16. Cal:
 Martij. Anno redemptionis nostra, 1614.

Regia Va: Mti.

Studiosissimi et Obsequen-
 tissimi

Consules et Senatores Leib:.
 Bremensis.

Senatus Bremensis

Ad

Regem magna Britan-
niae.

Pro civibus in Hildes-
landiam navigantibus.

De dato 16. cal:
Mart. Ao: 1614.